

Vir Illustris atque Excellentissime,
 Patrone omni pietate Potende,

Summa Sua humanitas facit, meumque perpetuum de singulari Svo in
 me favore iudicium, ut Se, quem praesentem venerari didici, absentem
 quoque colere modis omnibus atque suspicere pergam, ejusque observantia
 velut obides, has ad Se litteras dare audeam. Quarum sermone quam
 quam reverendum michi vobis re Se gravissimis obrutum negotio, parum
 opportune interjeterem; non committam tamen, quin de Wittbergensi itinere
 mandato Svo suscepto, ad Se perscrib. Numos Ludovicianos, quarum
 sortitio facta est die XIX. Junii, attente contemplatus, plurimos optima
 notae, multos a manu impostarum esse, deprehendi. Paduani, qui solu-
 mine suo et specie, imperitis modo faciam faciunt, fusi, aut coelo sculpto-
 ris formati magno numero aderant, ut illam suppellectilem ab improdito
 mercatore collectam esse, vel inde cognoverim. Contra ea, qui casebant
 fraudis suspitione, elegantissimi, et cum cura adservati plerique appa-
 rebant: emtores tamen paucos, nec bene nummatus inveniunt, adeo,
 ut de differenda diutius auctione non semel fuerit deliberatum, et

Graecos ego, familiares, inque his nonnullos subaeratos, pretio
 satis medico redemerim. Numi Imperatorum post quatuordecim
 dierum moram dividendus, in quibus aliquot Graecarum coloniarum,
 egregii operis, aureosque cadentis imperii, Senatu annuente, notavi:
 eos et Wesendorffius, eruditus, ingeniosus, honestus, ac probus adolescens,
 mihi comparabit. Ceterum fidem sapientiam quam frigeant hodie Wittenber-
 gensium studia, et quanta librorum omnique eruditi apparatus inopia
 laborent, adeo ut satis nequeam mirari, quibus illocebris eruditi qui-
 dam Lipsienses innotati fuerint, ut cum illa penuria, nostras divitias, cum
 illo insulso ritae genere, nostrorum morum elegantiam commutarent.
 Illustrem Jergerum, qui Academiae Juchnerum hodie et Schurtzfließchium
 reddit, salutavi, isque me ^{non} solum humanissime excepit, sed iterum quoque arce-
 fito, numos suos, quos praestantissimos habet, gemmas antiqui operis, alia
 et in his lucernam in Columbario Liviae repositam ostendit. Te, Vir Illu-
 stris, plurimum valere jabet, ut tuum perpetuo fore, profectus; Mont-

fauoniu uero antiquitates si a SE impetrare possit, id magni se beneficii
 loco habituram. Has ad SE litteras mihi tradidit A. Weickmannus, Theologi
 filius. Teri P.R. Tellerus de Inaequalitate peccatorum dissertationem secundam
 e cathedra defendit. Ch. Richterius P.P. hodie reualtus est, morbo vehementis-
 simo ac lentissimo extinctus. Vale, Vir Illustris, Tuumque mihi patro-
 cinium perpetuo conserva. Lipsiae d. 26. Junii, a. MDCCXLII.

Illustris Nominis Tui

cultor aeternus
 Jo. Henr. Leichius.